



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

CXVIII [i. e. CXIX]. Quota Cognitio Impediat, Dirimatur Matrimonium: &
quo lute?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

A D IV. Vxor repetit, quod habet proprium: sponsa verò nondum possedit.

Q V A E S T I O C X V I I I .

Impediantur, an Dirimantur Matrimonia per Crimen, & Disparitatem cultus?

LUTHERVS in Capt. Babyl. Melanch. in Loci. &c. carpunt Ecclesiam, quod adulterium cum homicidio ponant esse impedimentum diri mens matrimonii subsecutum. Quia David, 2. Reg. 11. duxit Bersabam post adulterium & homicidium.

A V R O R. Qui aliam adulterat, postea cum ea contrahens, habet impedimentum, dirimens contractū matrī. Item, qui viuo compare sibi spōdet matrimonium. Item qui coniugem alterius occidit, vt alteri nubat. Quia sic sanxierunt Concilia, & Papæ.

D I C O A D David: Quia hoc impedimentum est de solo iure Ecclesiastico, non diuino: ideo non impedit contractum, dirimens contractū matrī. Item, qui viuo compare sibi spōdet matrimonium. Item qui coniugem alterius occidit, vt alteri nubat. Quia sic sanxierunt Concilia, & Papæ.

I I . LUTHERVS. ibid. Cultus disparitatem negat dirimere aut impedire matrimonium fidelis cum infideli seu non baptizato, seu baptizato. Quia Deus id non prohibuit. Igitur h. n. S. Monica nupsit infidele. Melanchthon in Loci ait, bono id animo ab Ecclesia prohibitum; sed velle minus rigide obseruari.

A V R O R. I. Fideli cum infideli aut heretico cōtrahere nō licet. 1. Sic Scriptura in Antichristo p. 3. q. 46. 2. Sic Concil. Chalcedonēse, an. 541. Agathense anno 506. &c. 3. Sic Patres, Tertull. Amb. August. 4. Ratio. Quia id multa affert in cōmoda, vt periculū apostata: at Eccl. 3. Qui amat periculū, peribit in illo: discordia, scandalum, prolis eductio mala. &c.

I I . Cōtractum tamen tale nō est irritum iure vlo Dei, naturæ, aut Ecclesiae. Nam, et si 1. Cor. 7. permittatur discessio fidelis, ab infideli nolēte conuerti; tamen cōtrahere nō prohibetur cum tali inspe-

conuersio. I. Quia id nō tollit omnino fidē matrimonij, et si quodam modo impedit. 2. Sic Iacob duxit idololatras, Ioseph Aegyptiā, Moyses Aethiopissam, Esther Asiuerum, Salomon alienigenas, David filiam regis Gessur 2. Reg. 3. Monica infidelem. &c.

III. Idem tale Matrimon. non est etiam impedimentum Dirimens vlo iure Diuino positivo. Nā illa: *Tantum in Domino;* Et, *Nolite iugū ducere cum infidelibus;* probant solum Matrimon. non esse contrahendum: nō autem, quod sit irritum. Irritatio proinde, 1. Esdr. 9. 10. facta fuit iudicialis, nō naturalis; ideo lex vetusta talia matrimonia cum infidelibus vetabat, facta, nō irritabat. Idē de Cult⁹ disparitate est iudiciū; factū tenet; et si fieri vetetur.

IV. Matrimonium fidelis cum nō baptizato infideli est irritum, ex more Christiano, vim legis obtinēte. Sic n. iam ab 400. annis habitum est in Ecclesia 4. d. 9. Gratian⁹ 28. q. 1. Theologi & Canonista. *Diffensare tamē Papa potest, cūm non sit praeceptum vel diuinum, vel naturale.*

D I C O A D Lutherum & Melachthōnem, &c Exempla legis naturæ, aut Mosaiæ nil præscribunt hac in re Christianis: quia *Vel* nō faciebant in legē naturæ; *Vel* conuertere bantur infideles; *Vel* aperte redarguuntur, vt Salomon; *Vel* ignorantia, & consuetudine prava excusantur.

Q V A E S T I O C X I X .
*Quia Cognatio Impedit, Dirimatur
Matrimonium; & quo Iure.*

I. WICLEFVS 1. Trilogie 20 Cognatio in primo gradus recte olim, non in transuerso prohibet vt fratres & sorores in matrimonio possint licita; teste Th. Wald. tom. 2 de Sacram. c. 134.

II. LUTHERVS in Capt. Babyl. &c. Bucerus in Mat. 19. Solos cognationis gradus, Leuitici exp. 18. expressos, prohiberi, primum & secundum: ceteros, vt confictos, recidiendos.

Zz 3

III. MELANCHTHON. in Loci sit. de Coniugio. Kemnitius par. 2. Exam pag. 1230. Et illos in Leuitico, & alios in Ecclesia antiqua recte prohiberi, quod naturalem iustitiae normam contineant: Modo non obligent ad peccatum, sed libertatem conscientiae relinquant.

IV. BRENTIUS in Conf. Wirtemb. & in Apolo eiusdem, vult in his seruari solum legem Civilem Imperatorum. Idem in Comment. in Leu. 18. assert. 1. Legem diuinam Leuitici nul ad christianos pertinere. 2. Solius Legislatoris Iste, constituerat gradus. 3. Moysen, Papam, Cesarem de iis statuisse; at nullum simpliciter admitti posse. 4. In quibus gradibus tres iij consentiunt: eos censeri esse legis naturae. 5. Seruandam per eterea esse Consuetudinem cuiusq; loci, ad arbitrium prudentium.

V. CALVINUS Inst. l. 4. c. 19. §. ult. reprehendit Ecclesiam, quod gradus prohibuerit praeter morem Gentium, & Moysis politiam: & excogitarit cognitionem spiritalem. BEZA lib. de repudiis distinctius: 1. Gradus supputati modum Canonistarum absurdum esse. 2. Gradus Leuitici seruandos iure divino. 3. Collectos, a simili item. 4. Itemque Leges civiles.

AUTOR. I. Cognitionis gradus bene supputat Ius Civile, ut sint tot gradus, quod personæ à stipite, in ordine recto: in quo nō differt à iure Canon. At in Traluerso numerat à secundo, qui est fratrem plurimum; nam unus dicitur filius, nō frater. &c. 2. Ius Canonicum melius supputat ab stipite: Quia Cognatio est vinculum ab uno: ideo gradus optimè sumitur ab illo uno: Hinc quot personæ numerantur à stipite exclusiū, tot & gradus sunt. Iura Graduum sunt ista:

1. Recta est Transuersa in gradu 1. Irritat iure naturali.
2. Corsa. 3. Guinitas. { Recta & solitus in gradu. 2. minimum vetat lineas. iure naturali. (stic.)
4. Veriusq; in gradu 1. 2. 3. irritat iure Ecclesiastico.

2. Affinitas lineæ Rectæ in gradu 1. minimum vetat iure naturali:

At certè vetat in primo transuersæ iure eodem. In Vtriusque gradu 1. 2. 3. 4. irritat iure Ecclesiastico.

3. Paternitas & Compaternitas irritant iure novo Trident, olim etiam Fraternitatem irritabat.

Q. V. AESTIO CXX.
An omnia præcepta Leuitici de gradibus Cognitionis sint de Iure naturæ?

LVTHERVS, Bucer, Melanchthon, Kemnit. CALVINVS, Beza, &c. affirmant omnia esse Naturalia; ac proinde indispensabilia.

S VADENT istis. 1. Melanch. Brent. &c. Deus, Leuit. 18. & 20. ait, se puniturū Palestinos ob incæsta connubia, quæ ibidem prohibet ut abominationes: Ergo sunt legis nature, non Iudicialia; ut quæ gentes obligabant. 2. Paulus incestuosum Corinthis puniuit: ergo tenebatur lege naturali & Christiana; non Iudicalia. 3. Baptista confirmavit legem Leuitici Mat. 14. Mat. 6. Non licet tibi, Herodi ethnico, habere uxorem fratris tui. 4. Pœna Leuitici grauissimæ indicant legem esse naturalem, ut necari, filiis orbati, excludi aditu templi. 5. Brentius. Moyses & Cæsar conueniunt in prohibendis gradibus multis: itaq; lex prohibiens est Naturalis, non Iudicalis. 6. S. Augustinus videtur gradus Leuitici omnes reducere ad Decalogum. Ergo.

AUTOR. I. Non obligant iure Divino Christianos præcepta omnia graduū in Leuitico; quia non sunt naturalia omnia: sed quædam Iudicialia.

Naturale autem præceptum prohibitoria trifatiā capit. 1. De re intrinsecè mala, ut metiri, moechari, &c. De re mala semper, nisi in extrema necessitate: ut tollere alienū in uito Domino. 3. De re malâ absolutè sumpta, quæ tamē mutatis circumstantiis fieri bona possit: ut occidere hominem. Hoc tertio modo præcepta naturalia habet vim legis, si agatur de re nudè sumptâ; secundum desumpta cū circumstantiis, sic enim res eç mutabiles sunt, & non apud omnes cædem. Gradus Leuitici sunt iuris naturalis 1. & 2. modo: iuxta Theologos potiores: ideoque dispensabiles, sumti cum circumstantiis, non nudè. Ita.